



**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

Alviset, Virginius

Campidonae, 1673

§. 3. De potestate Regular. ad dispensandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](#)

respondeo, ea intelligenda seclusis pri-
vilegiis, at ubi admittuntur privilegia,
locum non habet eorum dispositio.
20 Non magna est differentia inter absolu-
tionem, quæ datur à peccatis, & eam
quæ censuris. Nam à peccatis nemo ab-
solvitur, etiam in articulo mortis, nisi sit
Sacros, sed à censuris potest Laius in
illo articulo absolvere, quia in tali casu
cautetur Ecclesia per epicheiam ita velle,
& potestatem ad hoc necessariam conce-
dere. Ita Gloss. c. postor aliu de off. ord. §. prae-
terea Panor. à nobis de sentent. excommunicat.
it. jam. 17 Absolutio 3 nu. 17 Armill. eod. v. nu.
40. ubi citat D. Tho. Auson. in sum. Dian. v.
diss. a censur. nu. 57. Ubi citat Laym. Et ex
Marchino addit, ita observandum esse in
praxi, cum sit opinio non solum probabili-
us, sed etiam ex qua nullū inconveniens
requitur, quin potius magna utilitas mo-
tientis. Quod verò Zambr. ait in decif. aur.
cap. 5. dub. 2. nu. 7. Id quidem posse Diaconum
non tamē alium, caret fundamen-
to, cum de hoc nihil habeatur in jure. Et
epicheia in qua solum versamur, & quæ in
Laco militet atque in Diacono, ob ean-
dem rationem, nempe ob necessitatem
morientis.

S. III.

Deputate Regularium ad dispensandum.

- 1 Regulares possunt aperire litteras pénitentiariæ
Romane, & secundum eas dispensare.
- 2 Regulares possunt dispensare in omni irregul. pro-
veniente ex m. nori delicto, occulto, & ubi id
conceditur Episcopis de quo varia exempla
proponuntur 3. & seqq.
- 3 Regulares possunt dispensare in omnibus votis, &
jumentis re servatis Episcopis, & seq.
- 4 Non autem in reservatis Papæ quæ sunt quinque
11. & 22. fallit tamen in diversis casibus.
- 5 Votum transmarinum; ad limina, & compost. est

- reservatum, etiam factum ex sola devotio-
ne, & 24.
- 25 In voto Religionis potest Regularis dispensare in
diversis casibus.
 - 26 Item in voto castitatis.
 - 27 Sed observandum quomodo fuerit conceptum.
 - 28 In voto absoluto castitatis dum subest periculum
inconvenientie possunt Episcopi, & Regul. di-
spensare.
 - 29 Quomodo estimandum illud periculum.
 - 30 In votis, & juramentis, non dispensatur in præ-
judicium tertii.
 - 31 Satis comutare votū, quam absolutè dispensare.
Non semper potest dispensare in voto, qui po-
test illud irritare ibid.
 - 32 An possit quis commutare suum votum proprio
arbitrio.

Gregorius XIII. concessit Soc. Jesu, **I**
Gut Patres expostū à suis Superiori-
bus audiendis confessionibus, possint a-
perire litteras Apostolicas, seu supremæ
pénitentiariæ, & secundum ipsarū teno-
rem absolvere, & dispensare, perinde ac
si forent graduati in Theologia, vel sacris
Canonibus; cum ad tales solum ejusmodi
littere dirigi sint solite. Compend. privil.
Societ. v. confessores §. 3. Portel. v. conf approb.
n. 34. Capuce. in annot. ad Casar. eod. v. & Ro-
der. ro. 1. q. 6. 3. a. 8. Quomodo verò Confes-
sarius se gerere debeat, in aperiendis e-
jusmodi litteris, vide Portel. loc. cit. Sanch.
de matr. lib. 8. d. 34. & Bonac. d. 1. de leg. q. 2.
par. 2. tomo 2. operum.

Eugenius. IV. concessit Minoribus &
Sixt. IV. Minimis, facultatem dispensan-
ti roties quoties, in omni irregularitate,
quæ provenit vel ex minori delicto, vel
ex quovis alio occulto, (*) prout jus
commune permittit Episcopis. B. quæ in-
cipit: *Sedes Apostolica. Vega in sum. v. absolu-*
tio casu 43. Portel. v. confessor. nu. 32. Casar.
(*) Votetas dispensandi data Regularibus est fa-
vorabilis, & ideo extendenda Sanch. in summ. lib. 4.
cap. 43. num. 5.

r. abso.

v. *absolutio, quoad secul. 2.* Henr. lib. 7. de indulg. cap. 28. Cœlest. Suess. tract. 8. cap. 8. Et quia Tridentinum connumeratur pro jure communis, ideo possunt Regulares, virtute hujus privilegii, dispensare, prout idem Trident. concedit Episcopis in *secl. 24. cap. 6.* de Ref.

3 Et sic v. g. possunt dispensare cum illo, qui suscepit Ordines ante eratatem, vel cum effet excommunicatus, vel sine dimissoriis, vel cum falsis, & hac occasione incurrit suspensionem, *cap. Lugdunensis 9. q. 1. & cap. 4. qui de temp. ord. in 6.* tunc enim si casus est occultus, ut poteſt Episcopus in eo dispensare ita & Regularis, secundum Avil. de cens. p. 3. d. 6. dub. 1 Palaum *tom. 6. d. 4. p. 9.* Laym. lib. 1. tr. 5 p. 3. cap. 4. Bassæ in floribus Theol. v. suspensiō 3. Villalob. in summ. *tomo 1. tr. 9. diff. 60.* March. de Sacr. ord. tract. 1. p. 5. cap. 3. & 11. Et Dian. *tom. 11. tr. 6. ref. 4.* Ubi

4 pro hoc allegat speciale privilegium Soc. Jesu. Item idem dico de illo qui post sic malè susceptos Ordines exercuit, & in irregularitatē incidit, vel qui licet ritē suscepit, in excommunicatione tamen exercuit, quia si casus est occultus poteſt Episcopus in eo dispensare, secundum Palau. Sayr. Pelissar. Caspens. Barbos. & alios quos citat & sequitur Diana, quod parihure per privilegiū de quo supra possunt Regulares. Item virtute ejusdem pri-

5 vilegii, possunt Regulares dispensare in homicidio casuali etiam publico, vel perpetrato ex repentina ira, vel per excessū moderamini, in defensione. Item in irregulari, causata ex mutilatione, vel defectu lenitatis. Ex defectu natalium, si est

6 occulta. In bigamia, etiam vera ad minores Ordines. Item in omni irregularitate, ex quocunque delicto orta, etiam publico, & deducto ad forum, postquam iudicium fuit finitum, & poena soluta. Quia Doctores concedunt communiter, posse

Episcopum in his omnibus dispensare. Cum vero concessa sit Regularibus, ea potestas circa dispensationes, quam jus attribuit Episcopis, nec sit ratio cur privilegium loquens generaliter, coartetur ad unam speciem dispensationis, ideo favorabiliter potest & deberat ad omnes extendi. Et ita affirmant Lud. Caspens. in conf. Theol. 10. 2. tract. 27. d. 5. s. 17. Bassæ v. irregularitas 15. n. 10. Peliss. in man. regul. 10. 2. 11. d. 1. cap. 3. Hinoios. in direct. regul. decis. v. dispensationem, *cap. 5. s. 1. prop. 1.* Cruz Roldiq. & alii. Quod vero Dian. 10. 11. n. 4. ref. 3. dissiudet usum hujus privilegii, offendatur Episcopi, non est ratio sufficiens, ad abstinentem totaliter; alia abstinence foret ab omnibus, cum fere de omnibus offendatur: sed prudentius Confessarii potius committendum putat ut attentis circumstantiis personarum, & casuum, sic studeat vitare scandalum, & offendam Episcoporum, ut non omitat opera charitatis, & solamen animarum. In quem finem vel maximè concessa sunt Regularibus sua privilegia. Et ipse Diana eod. 10. tract. 2. ref. 63. admisit hanc opinionem, cum ibi dicat, posse Regularem dispensare in homicidio casuali. Allegatis ad hoc Mart. à S. Joseph. Cordub. Sayr. & Henr. Est autem eadem paritas de aliis casibus, de quibus supra.

Jul. II. concessit Congreg. Vallisoletana diversi alii Pontifices alii Ordinibus facultatem dispensandi in votis reservatis Episcopis. Præterquam in voto peregrinationis ultra duas dietas, est vero dicta spaciū 7. leucarum. Roder. 10. 1. qu. 6. art. 3. & 4. Lell. lib. 2. de iust. d. 18. 6. 40. Cruz in epist. privil. lib. 2. cap. 6. Deinde Martin. V. concessit etiam hoc votum Regularibus, teste Portel. v. confess. erga. accl. Navarr. in man. cap. 12. num. 79. Et Lopez in præl. dicta

ea Congreg. Vallisol. Et Paul. III. ac Gregor. XIII. Societ. Jesu dedit generali licentiam dispensandi in quibuscumque votis & juramentis, præterquam in reteratis Sedi Apostolica (Et hoc etiam extra confessionem) vel eadem commutandi Cruz. Roder. & Portel. *supra cit.* Et *v. n. om. vel. disp. Compend. Societ. v. vot. i. C. l. v. dispensatio. n. 1. 3. Sanch. tomo 3. de m. lib. 8. d. 16. & in sum. lib. 4. capit. 54. Mirand. in man. to. 1. qu. 47. art. 3. & Diana n. 1. dub. reg. ref. 9.* Vota autem reservata, de jure antiquo, sunt votum Terra sancte in subsidium, de quo in cap. ex multa redit. & vot. red. Ac recentiori idem votum (etiam si fiat ex motivo solius Religionis) ad compostellam. Ad limina Apostolorum, castitatis, & Religionis. De quibus in extrav. Sixti IV. que incipit: *Bifi. Dimicet.* Et est ultima inter communes. In hac porro materia votorum, & jura-
mentorum. Nota

Primo. Quod valent privilegia etiam respectu votorum, que sibi specialiter relevant Episcopi. Et etiam si recipiantur constitutiones Cardinalium, que revocant privilegia concedentia Regularibus facultatem absolvendi a casibus, quos Episcopi sibi reservant, quia illæ loquuntur tantum de peccatis absolvendis in confessione, dispensatio autem voti est quid disparatum ab absolutione peccati, cum etiam possit impendi extra confessionem.

Secundo. Quod ubi dispensatio redundaret in praæjudicium tertii, non suffragantur privilegia, quia nunquam intendit Princeps nocere alteri per gratiam, quamuni concedit, secundum dicta alibi. Hinc exceptissime ac declarasse Gregor. XIII. testatur Portel. *v. dispensatio num. 18. & Sanch. in op. mor. l. 4. c. 54.*

Tertio. Quod longè aliud est dispensare

in voto, aliud commutare, aliud irritare, nam irritare est actus potestatis dominativa, commutare vel dispensare, jurisdictionis Ecclesiasticae, unde v. g. Pater potest irritare votum filii, conjux conjugis, Dominus servi, non commutare vel dispensare. Econtra vero potest Confessarius commutare vel dispensare, non irritare. At Praelatus regularis respectu sui Monachi potest & irritare, & dispensare, & commutare. In occurrentia autem casus, satius est commutare, quam totaliter dispensare, vel irritare.

Quartu. Quod quisque pro arbitrio potest suum votum mutare in aliquid melius, secundum Panor. *cap. scriptura de vot. Armill. v. votum Capuccin. in add. ad Casarub. eod. v. Caier. in sum. v. voti com. Et 2. 2. qu. 88. art. 12. Valent. d. 6. gen. de iust. quæst. 6. par. 7. Sot. lib. 7 de iust. quæst. 4. art. 3. Graph. lib. 2. decisi. cap. 30.* Et plurimos alios apud Sanch. in op. mor. lib. 4. cap. 53. Dicentes tunc tandem recurrentem esse ad Superiori empro commutatione voti, cum in aliquid minus penitentis cupit commutari. Sed ego puto, etiam tunc intervenire debere Superiore, cum in majus opus commutatur. Quia non liberatur qui solvit rem, etiam meliorem, nisi solvat eam, quam debet in istis quibus mod. toll. oblig. in init. & l. 2. ff. si cert. pet. Ita Innocent. Hoff. & Joann. Andr. *cap. pervenit. 2. de iure iur. D. Tho. in 4. d. 38. quæst. 1. a. 4. qu. ult. Ricard. a. 8. qu. 1. Angel. v. votum 4. nu. 2. Sylv. eod. 4. nu. 7.* Et ita videtur colligendum ex cap. 1. de vot. Utraque opinio propter suos Authores, suasque rationes est probabilis.

Quintu. Quod possunt Regulares dispensare per sua privilegia, etiam in votis reservatis Papæ, in multis casibus Quorum isti sunt præcipui nempe *Primo*, quando votum est dubium, seu illud dubium sit facti, seu juris, positivæ vel negativæ, & itemdem

Q. 2

- dem dic, si est incertum. Baun. tr. 8. de pot. ep. qu. 13. in Theol. mor. Sanch. in op. mor. l. 4. c. 40. & Suan. li. 26. de Rel. c. 26. ss. 2. Secundo.
 17 Quando est disunctionivum, & alterutra pars non est reservata, Port v.d.n. 14. Tertio
 18 Quando votens habuit intentionem obligandi se solum sub veniali. Auso. in sum.
 19 Dian. v. Epist. jurid. n. 28. & seq. Qvario. Si votum ex metu, quamvis leví, sed injusto. Idem ibid. Angel. v. votum quarto n. 9. Gloss. Cardin. Panor. Butr. & alii. cap. veniens, qui
 20 oler. vel votent. Quinto. Quando petitur dispensatio, non super voti substantiam, sed circumstantiam. Less. lib. 2. de iust. c. 40. dub. 18. & Sylv. v. votum quarto num. 3. Sexto.
 21 Quando votum deficit à vera voti reservati ratione, qualia sunt omnia conditioinalia. Less. & Bauny. citati. Tambur. 10. 2. de jur. Abb. d. 19 q. 2. Dian. 3. p. oper. tr. 5. mis- cell ref. 25. Laym. in Theol. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 8. Sanch. in sum. 10. 1. lib. 4. cap. 40. & 10. 3. de matr. lib. 8. d. 10. & Machad. in perf. conf. tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 1. 4. doc. 3. Et quos ibi citat Lud. à Cruce Trull. Ant. Gomez & Le- desim. Ratio est, quia talia vota non emit- tuntur ex directo affectu in rem quæ pro- mittitur, sed ad beneficium, quod votens à Deo petit, & intercedente voto sperat se obtenturum, nihil promissurus aliis. Quod est causa, ut ejusmodi vota condi- tionalia non reputentur absoluta & per- fecta, sed impura, tanquam à radice im- perfecta proficiencia, puta à desiderio beneficii, quod petitur à Deo, nō ex amo- re virtutis, seu boni operis, quod vove- tur, quæ imperfectio quia imbibitur in substantia taliū votorum, ideo reddit illa imperfecta, & inde dispensabilia. Quando aliquis casus reservatur (inquit Sanch. d. 10. cit.) reservatur tanquam odiosa intelligitur de casu perfecto, & completo in sua specie. Ad hoc autem ut votum dicatur perfectum, in propria specie voti reservati, non sufficit, quod obligatio eius sit absoluta, sed simul requiritur, ut ratio eius sit etiam perfecta, nempe ut affectus voten- ti feratur directè in rem, seu virtutem per- tum promissam, & ex solo eius intuitu illam veat.
- Sexto. Circa ipsa vota reservata in in- dividuo. Et Primò. Circa transmarinum. Gloss. in cap. ex multa de vot. Graph. 1. p. de- cis lib. 2. cap. 31. Sà v. votum. Machado 10. in perf. conf. lib. 2. par. 3. tract. 1. doc. 9. & quos ibi citat Henríg. Rodríg. & Trull. putaverunt hoc solum esse reservatum, quia ex quo Papa in cap. cit. ex multa, illud solum sibi reservat, censemur alia relin- quere Episcopis. Aitque Mach. cit. et. communem. Verum cum Sixto IV. Sed sua reservet alia quatuor, de quibus su- pra, in extrav. Et si Domini. Et illi Autho- res sint Sixto IV. posteriores, nec posse- rint ignorare prædictam extrav. necceli- est (non scio quo fundamento) ut apo- cripham reputaverint aliter alia serigen- ri. Sed & item quoad illud idem votum non defuere, qui tenuerint non esse re- servatum, nisi quando emititur in sub- dum, & ita videtur colligendum exces- tu c. ex multa cit. ubi illo obligati appellan- tur cruce signati. Et ita ibi docent Gloss. & Panormi. Sà & Graph. supra citati Bauny in Theol. mor. tract. 8. de pot. ep. qu. sicut. 15. Quorum opinionem in jure veram dice- Angel. v. votum 4. num. 6. Verum ego con- trarium teneo, & esse reservatum, etiam si fiat ex solo motivo Religionis, quo ego colligo ex capit. venientis de vot. ubi di- spensatur cum illo qui voverat visitare sepulchrum Domini, & ex extrav. Sixto IV. qui non utitur alio termino, quia peregrinationis. Et ita tenent Covani- de pact. 1. q. 3. Lopez lib. 5. v. ierusalem Less. lib. 2. de iust. c. 40. dub. 18. Sylv. v. votum quarto num. 3. Sanch. in sum. lib. 4. c. 40. Et plures alii quos ibi citat.

24 Circa

- 24 Circa votum ad Compostellam, & ad habuit, & quo motivo ad votendum in-
limma Apostolorum, idem tenet Bauay etus fuit ad hoc, ut intelligat quomodo se
faraat, quod de voto Hierosolymitanos gerere habeat. Denrum volunt aliqui 33
habent scio, quo fundamenta, nec puto posse Regularem, seu Episcopum dispen-
fac in parte esse audiendum, cum loqua- fare etiam in voto castitatis absoluto,
tut contra communem sensum.
- 25 Ciravotum Religionis, intelligitur quando subest magnam periculum in-
deprobata, & quoad essentialia solum, continentiae, quia in cap. veniens. qui cler. vel
poterit Regularis per privilegia roventes, hoc conceditur Episcopo, & ita
allegant ab aliis Abb. Cardin. Butr. &
Trull. scribentes, in c. cit. veniens. Cōtra quos
Sylv. v. votum 4. n. 3. ex ipso textu con-
tetur ostendere, Episcopum ibi non dispen-
sasse sua potestate ordinaria, sed tāquam
obligatione perseverandi, si in Novi- delegatum à Papa. Forte eriam posset di-
tatis experitur nimiam difficultatem.
Auson. supra cit. Mach. & apud ipsum 34
Sanctarel. Trull. Lud. à Cricce, &
Fagund. An autem à voto probandi Reli- pit. non fecisse simpliciter votum castitatis,
gionem? Sylvest. putat, quod non, sed ex amore ipsius virtutis (liquidē plus
conserferat nubere) sed castitatem ele-
gitissime tantquam medium, quo se liberaret
malo marito, & nuptiis nimis facilè illi
repromissis, atque ideo votum fuisse im-
perfectum, & dispensabile. Addit Gloss.
ibid. illam vovisse ex perturbatione. Non
inficit tamen quin soleant DD. ex eodē
c. probare & evincere propositionem po-
sitam nempe posse Episcopum, virtute
hujus canonis dispensare in voto casti-
tatis, quando subest incontinentiae mag-
num periculum, quod similiter dico de
Regulari. Sed aestimare quando periculū
sit magnum, & unde, & tantum, ut sit di-
spensandum, & an remedia debita, & suf-
ficientia sint tentata, hoc opus hic labor
est. Addunt aliqui humiliiter esse licitum
Episcopo vel Regulari dispensare in voto
absoluto castitatis ob periculum evidens
scandali, damni tertii, vel quando non sit
facilis recursus ad Papam. Chal. tr. 5. cap.
5. prop. 2. ubi pro hoc allegat Cardin. Butr.
Angel. Casarub. Sorb. Portel. Sylv. Sor.
Sanct. Henriq. Suar. & Dianaq.

CAP.

